

apicem corii attingentibus, articulo secundo apicem versus duobusque ultimis fuscis, secundo primo triplo longiore, apice primo aequae crasso, ultimis primo aequae crassis, tertio secundo fere  $\frac{2}{5}$  brevior, subcylindrico, quarto elongato-fusififormi tertio circiter  $\frac{1}{4}$  brevior. Long. ♀  $3\frac{3}{4}$  mm.

Caracas d. 27 junii et 25 julii; duo specimina.

Corpus oblongo-ovale. Caput a supero visum pronoto parum magis quam  $\frac{1}{4}$  brevius, basi pronoti circiter  $\frac{1}{3}$  angustius, vertice (♀) oculo circiter  $\frac{1}{4}$  latiore, margine tenui subacuto, disco linea longitudinali tenuiter impressa; ab antico visum latitudini frontis oculique unici aequae longum, a latere visum altitudine brevius, valde nutans, clypeo cum fronte subconfluente, gula distincta, obliqua. Pronotum latitudine basali  $\frac{2}{5}$  — fere duplo brevius, basi quam apice duplo latius, disco versus apicem leviter declivi, subplano, subcoriaceo, transversim leviter ruguloso, lateribus late leviter sinuatis, margine basali truncato. Scutellum basi a pronoto obducta, planum, sublaeve. Hemielytra laevia, cuneo leviter declivi, latitudine basali paullo brevior, membrana cum areolis griseofumata, venis fuscis. Tibiae spinulis concoloribus. Tarsi articulo primo brevi, secundo tertio parum brevior.

## Div. Plagiognatharia.

### 31. *Nyctella* nov. gen. (Fig. 17).

Corpus oblongo-ovatum, sat convexum, squamulis albis facile divellendis parcius instructum, superne adhuc tenuiter pallido-pubescens. Caput nutans, cum oculis apice pronoti parum latius, a supero visum subtriangulare, pronoto fere  $\frac{1}{3}$  brevius: ab antico visum latitudini cum oculis fere aequae longum, margine verticis latissime leviterque arcuato; a latere visum altitudine distincte brevius, clypeo cum fronte in arcum confluente, genis humilibus, gula brevi obliqua. Oculi parvi, vix prominuli, in genas longe extensi, orbita interiore apicem versus sat divergentes. Rostrum apicem coxarum intermediarum attingens, gracile, articulo primo basin coxarum anteriorum attingente. Antennae ad apicem oculorum interne inser-